

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1187 - 1188

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

tercia pars molendini et ejus appendicia, que conventus prius quasi nude possederat, per consolidationem obtinuit. predicte vero pecunie prenotatus Humbertus dedit octo talenta liberans se suosque, ut diximus, heredes a qualibet obligatione predicti claustrum, conventum vero taliter obligando sibi, ut vigiliis et missam pro defunctis 5
 viventibus, Humberto scilicet pecunie datori et Berhte uxori sue aput pontem beati Arbogasti incluse et filio ejus Humberto in predicto claustro sancti Petri canonico. cum autem hee tres persone universe viam carnis fuerint ingresse, conventus, ut sponndit, eas sepeliat et anniversarii eorum celebrando vigiliis et missam pro defunctis nunquam immemor existat. hec autem stili officio et sigilli inpressione 10
 confirmavimus, ne temporis prolixitate possent a memoria posterorum cadere. acta sunt autem hec anno ab incarnatione domini 1187, indictione 5, testibus subnotatis: Heinricus episcopus, Berhtoldus cantor, Morandus scolasticus, Eberhardus custos majoris ecclesie canonici; sancti Petri Eberhardus prepositus, Eberhardus deccanus, Hartungus magister scholarum, Heinricus custos, Gernodus, Humbertus, 15
 Hugo, Willehelmus, Eberhardus, Anshelmus portarius, Willehelmus cellerarius, Burchardus, Gotefridus.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 4226 or. mb. c. 3 sig. pend. delapsis.

Gedruckt darnach in Bull. de la société p. la conserc. d. monum. historiq. d'Alsace III, 2, 158.

20

123. *Pabst Clemens III bestätigt Friedrich Probst von St. Thomas zu Straßburg die günstige Sentenz der Basler Synode, einen Zehntenstreit mit einem Cleriker betreffend. 1188 Juni 8 Rom im Lateran.*

Clemens episcopus servus servorum dei dilecto filio Frederico preposito sancti Thome in Argentina salutem et apostolicam benedictionem. sicut ex instrumenti 25
 publici recitatione didicimus, cum B. clericus, qui super cappella Mirinwilre a te per diffinitivam sententiam a bone memorie Luc[io] et Ur[bano]¹ nostris predeces-
 soribus confirmatam fuerat superatus, denuo tibi calumpniam suscicaret, querelam ad venerabilem fratrem nostrum H[einricum] Basiliensem^{a 2} episcopum residente in sinodo detulisti, ubi contra ipsum B. sinodali fuit sententia diffinitum, ut et fructus 30
 decimarum, quos invaserat, tibi restitueret et a tua de cetero molestatione cessaret. nos igitur eandem sententiam, sicut auctoritate sinodali, presente etiam venerabili fratre nostro H[einrico] Argentinensi episcopo, fuit canonice promulgata et in autentico continetur, litteris presentibus confirmamus. datum Laterani 6 idus junii pontificatus nostri anno 1. 35

T aus Straßb. Thom. A. docum. hist. lad. 1 (privilèges) or. mb. c. bulla pend.

a) *T Basiliensem.*

¹ *Lucius III 1181—1185, Urban III 1185—1187.*

² *Heinrich von Horburg, Bischof von Basel, 1180—1191.*